GRATIANUS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 189r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

189r

ab aliis apostolis sunt repudiata. sic et ecclesia post apostolica institutia quedam consilio
perfectionis addidit ut de continentia ministrorum. de confectione myste-
riorum. de celebratione officiorum. que nullatenus sunt respuenda. sed diligenti
veneratione suscipienda. Consanguineorum quoque coniunctiones quamvis euangeli-
cis et apostolicis preceptis non inveniantur prohibite. sunt tamen fugiende. quia ecclesiasticis
institutionibus inveniuntur interminate. Ita quoque a consanguineorum coniunctionibus
sic probatum est abstinere oportet. videndum est usque ad quem gradum a consangui- II. C. II. Q.
neis propriis abstinere oporteat. vel si ex cognatione proprie uxoris aliquam
ducere in coniugium liceat. Unde his ita scribit Gregorius papa. Usque in septimam generationem
De affinitate consanguinitatis. de sua cognatione nullus ducat uxorem II.
per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare.
Nam et hereditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita. usque
ad septimum gradum pretendit heredum successionem. Non enim eis succederent.
nisi eis de propagine cognationis deberetur. Item Fabianus papa. Affines in quinta generatione copulari posse. in IIIIta si inventi fuerint non separentur.
De propinquis qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt defuncta uxore vel viro. in quinta generatione
coniungantur. in quarta si inventi fuerint non separentur. in tercia tamen propinquitate
non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Equaliter vir coniungatur in matrimo- J. e. cc. Si duo
nio eius que sibi consanguinea sive uxoris sue consanguineis post mortem uxoris. Idem.
Quod propinquam sanguinis uxorem duxit separentur. non licebit eis alias uxores sibi coniu-
gio copulare. Item Iulius papa. Ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in quamdiu uterque vivunt.
Nullum in utroque sexu permittimus septimum gradum nullus ducat uxorem. non ignorantia ex-
ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in septimum generis gradum cusentur.
uxorem ducere vel incesti macula copulari. Preterea illud quod adiciemus
quia sicut non licet cuiquam christiano de sua consanguinitate sic nec etiam licet de S. xxvii. Q. ii. Quod desp.
consanguinitate uxoris sue coniugem ducere propter carnis unitatem. Item Gregorius ad Fe-
licem misene civitatis episcopum. Nullus ducat uxorem a consanguineo suo cognitam
Nec eam quam aliquis ex propinqua vel aliqua pollutione maculatam.
consanguinitate coniugem habuit. vel aliquam illicita pollutione maculavit.
in coniugium ducere ulli christianorum licet vel licebit. quia incestuosus est talis
coitus et abhominabilis deo et cunctis bonis hominibus. Item Iulius papa.
Nullus ducat in coniugem relictam consanguineorum uxoris sue usque in terciam progeniem. V.